



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica  
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius  
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum  
MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofvrti, 1601**

XXXV. Ioannes Tritemivs Abbas Monasterii S. Iacobi In Svburbio ciuitatis  
Herbipolensis, Bilibaldo Pyrckenheymer Nurenbergensium Senatori atque  
patritio Salutem.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**

designari. Intelligens itaque non facit...  
nulis & nebulombus Cynonoris, al...  
go istam sancti Iacobi Herbipolentis...  
rendissimum praesulem, quinquaginta...  
accepi, & postea Spanhemensem cur...  
are signavi. Valeant nunc tenebrosos...  
runt, & nos cum Plalmista latricat...  
nos liberati sumus. Neque enim facti...  
m mihi videor philosophandi nancisc...  
heim, cuius non magnificatio in d...  
parte didicerim. Prouisurus mihi...  
fuerat Palatinus, nec minus per...  
uerfari inter aulicos palpones mihi...  
obio, magis quam diues conuerti...  
e, amantissime frater, calamitatis me...  
one agnoscas hominibus non temer...  
ci: in patrem hae filii perpetrarunt. Sed...  
is occurrat in foribus, cadantque in...  
nhemementem Prior Melantius ad...  
rem recepturus, quam merito suscip...  
am, canonicatum Wormaticensem ob...  
ori se continet. Vale ac saepius ad me...  
is Iulii. Anno Christianorum 1507.

III.  
RI DOMINO IOANNI TRITHE...  
ri & amico suo praecipuo, Bilibaldo Pyrc...  
olurimam dicit.

is accepi literas, quibus huc vsque...  
itus. Mandatorum tamen tuorum mem...  
Celti nostro legendas tradidi. Illece...  
ait, qui omnes grauitur tulerunt ad...  
Nam penitus aliqua calamitate ind...  
nobis quicquid accidit ferendum est.

bonos viros omni tuo a malis persequen...  
qui dat & eripit, extollit & deprimi...  
his est qui aduersas ferre non potest. Sic...  
aduersitates tolerare nouit. Tu igitur

ius confidendum ac sperandum, & vt Co...  
us

in docebit? Ad rem igitur veniamus. Cui...  
ad te scriberem, & intelligerem an...  
ge nostro) Augustam te conficend...  
ditio. Offerunt & domum & alia qu...  
ocul ob omni strepitu. Tu quoque...  
certiorem reddere, vt amicis hac de...  
rem tuam sunt me emixe curarum. Vale  
alendis Iulii Anno Domini M. D. VII.  
XXXV. 14

IOANNES TRITHEMIVS ABBAS MONASTERII S. IACOBI IN SVB-  
urbio ciuitatis Herbipolensis, Bilibaldo Pyrckenheymer Nurenbergenfium  
Senatori atque patrisio Salutem.

**L**ITERAS tuas, Bilibalde mi magnifice, consolatione ac eruditione plenas, non sine  
magna animi voluptate saepius relegere mihi fuit dulcissimum, in quibus & tuam  
meo diu, & amicorum plane intellexi communem atq; sinceram erga me compassionem.  
Tibi ergo in primis clarissime vir, nec minus amicis omnib, gratias habeo & ago immor-  
tales, & si qua mihi dabitur referendi facultas voluntarium me paratissimumque exhibe-  
re curabo. Ego tuam admonitionem libenter amplector, qua me ad tolerantiam pulchre  
ac modestissime hortaris. Omnia in me citra demeritum patrara iam ante hae Deo com-  
misi, neque vindictam querere statui, sciens *ετι συζητωσκει προς την χρινον ο συζητημων θεος, ημιν*  
*ειδεν ο υδ υμιν ηλδ τωσιν ηδ ετιστομιν ποσιν εν η χειρ τα κνευα.* Quam seruicim ingratis monachis,  
exalstatus iam satis mihi videor expertus. *αλλδ μρι δεικας ο δειος υδ εν αμωρτημα μαλλον ποδ ηδ*  
*μωσδ, η πωδ αχαιστας αωτωδ.* Nam etsi noueram optime dictum a sapientibus quoniam *τω*  
*πρωτων εδαι σπαση μετωσ αλλοιωσιν ηδ μωσδ βωδ, η.* ignarus tamen futurorum cum Ifocrate: *παι μαλλω*  
*αδρωτω,* semper meliora sperabam, donec subito scire compulsum sum experientia docente:  
quoniam *δδ εν βιλαιω εν α σρωστω,* Vnde pulchre dixit Hildebertus Gallorum Thuronis Ar-  
chiepiscopus:

20 *Cuncta sub ancipiti pendunt mortalia casu,  
Et respondent propria mobilitate fugam.  
Quicquid habes hodie, cras te fortasse relinquet,  
Aut modo dum loqueris, desinit esse tuum.*

Sed est prouidentia sempiterna in caelis, cui omnia subiiciuntur inferiora, qua iusto  
rectoq; iudicio moderatur vniuersa, quam laudare, benedicere, & glorificare semper & v-  
biq; debemus, ab ipsa creati, saluati, & beatificandi, no minus in aduersis quam in prosp-  
eris atq; secundis expurissimum mentibus gratias agentes. Est enim mihi salutis argumentu  
& spes non modica superuentura misericordiae Dei, insignem prauorum praecessisse perfe-  
ctionem, sancto dicitur *ζησφιλω:* *Quoniam omnes qui pie viuere cupiunt in Christo, persecutione* 1. Tim. 3

30 *patientur.* Cessis finibus malorum, ne mihi relinqueretur occasio vindicadi, neue hirtirum  
audire diutius me contingeret tenebrionum, quibus nihil eruditione grauius, nihil dulci-  
us ignauia, nihil familiarius esse quam inuidia consuevit. Valeant in melius comutandi  
cum ille voluerit, qui iudex est omnium, in cuius arbitrio illatas mihi contumelias collo-  
caui. Conditionem per Celtem & Peutingerum mihi propositam, vt litterae tuae significa-  
bant, cum sim monachus & regularis disciplinae professor, non conuenit acceptare, ma-  
xime autem propterea, ne dominum Reuerendissimum episcopum meum Herbipolen-  
sem eiusq; de me expectationem, fidem, & confidentiam videret decepisse. Praefecit enim  
me pauperi huius monasterio, spem de me gerens singularem, gratiose prosequitur, & cle-  
mentissime fouet. Oportet me tanti principis no esse ingratum beneficiis: nec decet me  
40 am religionem extra cenobium in vrbibus habere domicilium. Nam si principum viuere  
stipendiis voluissem, non vti que conuerti istie in paupertate fuisset necessarium. Plu-  
res enim sunt qui larga me prouisione susciperent cum honore procurandum. Sed nun-  
quam induci poteram, vt aulicis me palponibus paterer coniungi, verante id non minus  
philosophia quam religione, quam in tumultu aulico illaefam conseruare nescio, si quis  
potuerit vnquam. Ad literas natus sum, quarum frequens studium tumultus horret auli-  
cos, solitudinem diligit, & publicum detestatur in vrbe confessum. Inops rerum & pauper  
hic viuo, diuitias qui nunquam amaui, sciens prudenter Senecam praemonuisse discipu-  
lum: quoniam studiis & diuitis pariter vacare non possit. Et scriptum esse in Euangelio:  
*ηδ υμωσδαι ουδ εδ ενδεν ηδ μαμωσδ: non potestis Deo seruire atque diuitis.* Pulchrum est illud disti-  
50 chon, quod Theognis poeta cecinit.

*ουα εδ εδωσθησεν, ηδ υσρωμα, αλλδ μωσδ εν*  
*εσιν δωσδ τωσδ δλιγωσ μωδ ηδ εσρωσσι κωσωσ.*  
Conditione igitur & sorte mea contentus diuitias non quero: seruire principibus  
sicuti proposito meo est contrarium, ita nunquam placuit voluntati: habes iuxta senten-  
tiam diui Christophili Pauli vidum & amictum, his volo esse contentus. Gratias tamen  
ago viris illis amicis Celti & Peutingero quantas possum ingentes, qui pro me curam ha-  
bentes meae consilere paupertati & desolationi non contempnunt. Reddat illis omni po-  
tens DEVS gratiam & misericordiam in tempore oportuno, quoniam me pauperem



non despexerunt amicum. Tibi quoque, vir magnifice, gratias habeo immortales pro tua in me humanitate, beneuolentia, & charitate, qui nullius apud te sum meriti, neque ad referendas gratias idoneus. Quicquid tamen sum, quicquid possum & valeo, id omne tuo imperio semper debbit esse subiectum. Amicis munificentissimisque viris Peutingero & Celti rescripturus meo nomine gratias agito. Vale ex Herbipoli decima octaua die mensis Iulii. Anno Christianorum 1507.

XXXVI.

IOAN. TRITEM. ABBAS COENOBII S. IACOBI IN SVBVRBIO HERBIPOL-  
polensi, Georgio de Rotenburgio medicina doctori clariss. S.

**C**Vm anno proxime transacto de Marchia Brandenburgensi reuersurus ad Rhenum iter meum per Erfurdiam direxissem, inquisitionem tui vir clarissime feci diligentissimā, cupiens te videre & alloqui, ob veterem notitiam & charitatem, memor beneuolentia & humanitatis tuæ mihi quondā in monte diui Petri per te filiosque tuos, magni adulescentes ingenii, coram tota congregatione patrum honorificenter exhibita, pro qua tibi gratus sum quamdiu memorandi mihi virtus affuerit. Quasi autem & non inueni, quoniā in ciuitate non eras. Triduo igitur cū desiderio tuum præstolatus aduentum, cum venires minime, tristis abscelli. Magno enim tui tenebar desiderio. Et sapiuscule quidem dare literas ad te volui, sed certus & fidelis semper mihi defuit, qui eas perferret tabellarius. Hodie tandem valente Domino Iesu Iator istarum presbyter & gymnosophilista Erfurdensis oportune volente occurrit, per quem satisfacere desiderio meo. Itaque inexpectabilis tibi scribo salutes, amorem erga te meum tibi vt possum significo, firmamque & esse & permanere perpetuo veterem amicitiam nostram concupisco. Quod superest rerum nostrarum infortunium ac mutationem infirmi status nostri, & quæcunq; nobis obuiauerunt aduersa, te credimus ex abbate sancti Petri cognouisse. Contumeliam & grauem iniuriam passus sum à monachis meis in Spanheim, & quibusdam nebulonibus adhaerentibus illis, quibus adeo in displicentiam & loci & gentis prouocatus est animus, vt in nauisam procederet indignatio: ex illaque deinceps horror mihi coenobii mei nasceretur, qui in tantum cum tempore præualuit, vt mihi tandem omnino persuaserit monachos ingratos deferere, & mihi vbicunq; potuissem cum honestate providere. Interea offertur mihi à Reuerendissimo patre Domino Laurentio Episcopo Herbipolensi, abbatia S. Iacobi pauperissima, sed quieta, studiisque meis satis conueniens & congrua, quam pacis & tranquillitatis amore suscipiens, Spanhemensem cum Spaticis persecutoribus spontanea voluntate resignaui. Annis tribus & viginti maximos in abbatia Spanhemensi labores pertuli, pro quibus inuidiam recepi æmulorum, quorum cedere temeritati satius duxi, quā ex cohabitatione continua perniciosam tolerare vesaniam. Duorum milium reliqui volumina, vetusta, pretiosa, atq; rarissima, quæ studio incredibili & amore ad Spanheim ego comportauim in tempore præsidentiæ meæ non sine impensis & laboribus multis, in omni varietate scripturarum, scripta complura, impressa etiam multa, Græca, Latina, simul atq; Hebraica, quorum ante meibi nullum fuit. Fractum animum fateor meum, tantam librorum suppellectilem monachis indoctis ex asse contigisse & ingratis, quem totum redderem sibi mortis me oportebat reuocare imaginem. Cœpi experientiam mortis in vita, & necessarium cum voluntario quadam arte pigmentaria contemptraui, vt alterum in alterius transiret naturam. Paulatim itaque cœpit quasi menceps deferuere dolor, raptusque ad præfutura, dicere cum S. Iob: *Nudus egressus sum de utero matris meæ, nudusq; reuertar in terram unde progenitus sum.* Et illud diui Christophili Pauli: *Nil inultimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus.* Præcipuum ergo inter omnia quæ huius mundi sunt, quo propter vltimum finem delectari solebam ipsa bibliotheca fuit, quam pacis amore contemptraui quidem necessarium fuit, animo licet amara separatio, qui scripturarum in rebus aduersis familiari consolatione vti consuevit. Euici tamen auxilio Dei hanc mentis intolerantiam, faciens de necessitate virtutem, vt summo liberius intenderem bono, quod nempe recte cum socio amauerit vnquam. Iator sane inutilibus me curis terrenarum occupationum in vita tandem exemptum, quo mihi deinceps liceat quietius sub tranquillitate philosophari. Consilium diui Ambrosii libenter secutus sum dicentis: *Melius est emigrare cum gratia, quam cum iurgio residere.* Locus autem in quo maneo exilis & pauperissimus est, in ædificiis quoque & structuris magna ex parte ruinofus. Sed verbum me cōsolatur viri sapientis

Cap. 1.  
1. Tim. 6.

non